Dent regale Tibi Brasilica regna metallum,
Atque libens gemmas det Tibi terra ferax:
Africa Lusiaco jamdudum compede vincta,
Quod nivibus præstet, sectile donet ebur:

India quidquid habet, det: dent sua vellera Seres:
Dent Tibi Memnoniæ thurea dona plagæ;
Det sua, seque Tibi genitrix Europa, Tuorum
Nobilis exortu, nobiliorque tuo:

Dent, licèt atque Tibi meritò sua munera jactent:
Nos majora damus, Te Tibi namque damus.

Ita JOANNI V. *Potentissimo Lusitanorum Regi Effigiem suam a se delineatam ac proprio cœlo sculptam, verbis autem R. P. Antonij dos Reys Cong. Orat. Ulyssipon. Portugalliæ Historiographi Latini, et Regiæ Academiæ Censoris; offerebat G. F. L. Debrie ejusdem Academiæ Sculptor. an. 1729.*